faciendo ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris exceptione Terri bello contentioneque ac alijs Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eludendo atque hac praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iaskmanicki atque Oranskie Coniuges mutuo se se Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosi Iacobus Iaskma
980 nicki ab una et Alexander Woyna Oranski Subdapifer Novogroden et Catherina de Iaskmanice Coniuges legitimi parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem suprascripta Generosa Oranska Consors cum eiusdem mariti sui et ti Tutoris Coniugalis personali assistentia et consensu ad infrascripta recognoscenda consensu sese mutuo et invicem una pars aliam cum posteris utriusque partis de causis et Actionibus quibusvis ad quodvis iudicium et officium Regni praesertim vero ad Iudicia Tribunalicia Regni Lublinen ratione in processu causarum specificatarum intentatis et institutis tum de poenis quibusvis litis atque Decretis Tribunalicijs et eorum contentis et poenis bannitionum perpetuarum et alijs omnibus condemnationibus, totoque antecedenti et subsequenti processu in quocunque puncto et gradu Iuris depen

denti et, in processu expressorum obtento et perducto tum de protestationibus quibusvis manifestationibus coram Actis quibuscunq authenticis Regni contra se ab utrinq factis et inscriptis nec non de quibusvis Interceßis ratione quarumvis rerum et conditionum inter se ab utrinq confectis et conscriptis et earum roborationibus obplenariam et sufficientem sibi Recognoscentes ab utrinq praefatam satisfactionem quietant eximunt dimittunt liberosq et absolutos perpetuo pronunciant. Causas easdem et Actiones Iudiciarias decreta quaevis totumq antecedentem et subsequentem processum ad poenas condemnationum quarumvis atq protestationes manifestationes contra ab utrinq factas, tum et Interceßas et earum roborationes generaliter omnes in toto et per omnia cassant mortificant, et annihilant praesentibus sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Oranska Abrenuntiat

Comparens personaliter coram officio et Actisq praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosa Catherina de Iashmanice Generosi Iacobi de eadem Iashmanice Iashmanicki cum Generosa olim Martianna Kiedrzwiecka Consorte eius procreata filia Generosi verò Alexandri Woyna Oranski Subdapiferi nouogrodensis Consors legitima sana mente et corpore existens, à Terris districtibus suisbus Iurisdictionibusq suis propriis et competentibus recedendo praesenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa cum eiusdem mariti sui praedicti [illegible] Coniugalis personali assistentia et [illegible]